

PRÆFATIO.

Ô igitur nos miserrimos, infortuna-
tissimos, & perditissimos omnes:

Quid tamen, fratres, desperabi-
musne: absit. Quis enim intentabit
crimina aduersus electos Dei: Deus
est qui iustificat. Quis est qui eos con-
demnet: Christus est, qui est mortu-
us, qui & resurrexit, imò qui in cœ-
lum assumptus est & interpellat pro
nobis. Gaudete itaque mecum fratres,
exultate, & dicite miecū laudem Deo
Patri, & Christo filio eius. Huic quod
est mortuus propter peccata nostra,
& resurrexit propter iustificationem
nostram, & cum carne sua, cui imor-
talitatem dedit, naturam non abstu-
lit, penetrans cœlos, consedit ad dex-
teram Dei, atque pro nobis interpel-
lat, ut sicut ipse in hereditatis suræ so-
cietatem nos nunque pmeritos adsci-
uit: ita clementissimus Pater cœlestis
id ratum habeat, nosque pro suis filijs
& heredibus, fratribus & coheredi-
bus vnigeniti charissimi sui filij ag-
noscat, & suscipiat: Ipsi autem Deo
Patri, quod precibus filij sui annuens,

a iiio nos